Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

& draconytidis regionis. Ihc quoque statuens ciuitatem in loco ubi iordanis ad radices oritur lybani montis. & est in finibus iudee contra septentrionem. appellauitque eam cesaream phylippi. in memoriam uidelicet sui nominis. partimque honorem tyberii. cesaris. sub quo ipse regnabat.
In cuius partes ueniens ihc. interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis. R. Ego pro te rogaui petre ut non deficiat fides tua & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. V. Caro & sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis. Et tua. Non autem dominus quasi nesciens sententiam de se uel discipulorum uel extraneorum inquirit. sed ideo discipulos quid de se sentiant interrogat. ut confessionem recte fidei illorum digna mercede remuneret. Nam sic interrogatis generaliter omnibus. petrus respondit unus pro omnibus. ita quod petro dominus respondit. in petro omnibus respondit.
R. Petre amas me tu scis domine quia amo te pasce oues meas. V. Symon iohannis diligis me plus his tu scis domine quia amo te. Pasce.
Secundum Mattheum. In illo tempore.
Venit ihc in partes cesaree phylippi. & interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis. At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam. alii autem helyam. alii uero hyeremiam. aut unum ex prophetis. Dicit illis ihc. Vos autem quem me esse dicitis. Respondens autem symon petrus dixit. Tu es xpc filius dei uiui. Respondens autem ihc. dixit ei. Beatus es symon bariona. quia caro & sanguis non reuelauit tibi. sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi. quia tu es petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. & porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcumque ligaueris super terram. erit ligatum & in celis. & quodcumque solueris super terram. erit solutum & in celis.
A. Petre amas me pasce oues meas tu scis domine quia amo te. Magnificat. A. Symon iohannis diligis me plus his tu scis domine quia amo te.
A. Ego pro te rogaui petre ut non deficiat fides tua & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. A. Significauit dominus petro qua morte clarificaturus esset deum. euouae. A. Tu es petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. R. Amisit honorem. ymnus. Apostolorum p. euouae.
A. Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in celis & quodcumque